



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

De discrimine edictorum ciuilium, & traditionum, quæ condita sunt  
humana autoritate in Ecclesia.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](#)

*Sententiam: Necesse est obedire non solum propter iram, sed propter conscientiam.*

Cum igitur sciamus expressa voce Dei institutam & confirmatam esse potestatem politici, firmissime statuamus, Deo debitum esse officium, obedientiam, quae legitimæ potestati præstat. Multi frigidius loquuti sunt, qui dixerunt, politicam potestatem ideo valere, quia intellectus legis & ordinis in homine, sit opus Dei. Hoc etsi verum est, tamen magis conspicitur autoritas gubernationum, cum ostenditur expressa institutio & confirmatio potestatis. Ac vocem suam Deus ideo addit, ut utroq; erudiret de sua voluntate, gubernatores & subditos.

*Membn. De discriminine edictorum ciuilium, & traditionum, quæ condita sunt humana autoritate in Ecclesia.*

Differunt latrocinium & magistratus. Nec reclè dixit Pirata ad Alexandrum: Cur tibi licet in terra prædari, mihi non licet in mari? Nam latrocinium est destruetio ordinis diuinii, & disperdat communem societatem, nec peccat, qui latrohi poscenti pecuniam non dat, sed elabatur, aut reprimit eum, cum potest. Econtra vero ordinum, & legitimum imperium est conseruatio ordinis diuinii, & fons communem societatem, et peccat.

peccat qui magistratum imponentem onus legitimū fallit, aut eum impedit. Hac perspicua sunt Rom 13.  
ex dicto; Necesse est obedire propter conscientia.

Et quanquam duo sunt genera legum politis-  
te potestatis: Aliæ sunt simpliciter diuinæ, ut:  
Non occides, Non mæchaberis, Non furtum fa-  
tis, qua ut dictum est, magistratus primum sit  
vox & executor Decalogi in externa disciplina.  
alii leges sunt ab ipsis probabili ratione condi-  
ta. Verum est enim, politicos magistratus habere  
potestatem condendi leges probabili ratione, que  
sunt determinationes aliquarum circumstantiarum  
in legibus diuinis seu naturalibus. Tamen sciendam  
est utrisq; deberi obedientiam, & utriusq;  
generis violationes peccata esse.

Sed de potestate Ecclesiastica sciendum est,  
mandatum Dei esse, ut doceat Euangelium, &  
administret Sacra menta, & deberi ei obedientiam  
ubis, que sunt iuris diuini. Cæterum nullā crea-  
turam posse noua dogmata de Deo gignere, aut  
nous cultus instituere. Sed oportere nos intra  
etas doctrinæ à Deo nobis commendatae mane-  
re, iuxta illud: Si quis aliud Euangelium docet,  
mathema sit, Ideo refragari necesse est, cum alia  
dogmata et alijs cultus proponuntur, Sed Pastores  
boni ordinis causa distribuere lectiones & tem-  
pora, & similia quedam possunt. Hic tamen re-  
timens

timenda est sententia, tales ritus, nec iusitiam,  
nec cultus Dei esse, nec violationem extra casum  
scandali, peccatum esse, iuxta illud: Nemo voi  
arguat in cibo aut potu. Hæc libertas maneat  
in Ecclesia, nec in alterutram partem vincula  
conscientijs iniijciantur.

Politicae potestates legibus obligantur con-  
scientiae, sicut dictum est, quia Deus hoc ita san-  
xit. Et vult hoc modo vitam hominum corpora-  
lem regi. Econtra potestas Ecclesiastica non obli-  
gat conscientias proprijs legibus, quia hanc liber-  
tatem Deus sanxit. Et ministerium est, propriè  
non pertinens ad vitam corporalem. Hoc discri-  
men legum ciuilium & Ecclesiasticarum perspi-  
ciuum est. Gerson longè alias rationes astringen-  
di & laxandi querit, quibus conscientia magis  
turban ur et illaqueantur. Hæc explicatio quam  
recitaui, vera & perspicua est.

*V CAPITI  
trionibet alia  
unificie.*

Juste ne mandauit Nehemias, ut Iis-  
dæis Iudæi reddant usuras  
centesimas?

In secundo libro Esdræ mentio fit usurarum  
centesimarum, de quibus & in Græcis & Roma-  
nis legibus sœpè dicitur. Prodest igitur, enarrare  
vocabulum, & considerari antiquitatis con-  
suetudinem.

Justitie